



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

70. An si quis baptizaret infantem moriturum proijciendo eum in flumen,
vel puteum, quando aliter baptizari non possit, peccaret mortaliter
peccato homicidij, & irregularitatem incurreret? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

flumen, & similes, & hi nunquam licent, quia directe occidere innocentem est intrinsicè malum, nunquam autem sunt faciendæ mala, ut eveniant bona temporalia, aut spiritualia. Deinde certum est, curandum esse diligentissimè, ut tam in modo abluendi, quam in quantitate, aut qualitate aquæ naturalis prospiciatur vitæ infantis, cui sanè vix potest moraliter nimium nocere Baptismus, si circumspicere fiat. In casu ergo, quo adhibita omni diligentia crederetur mortem illius accelerandam propter Baptismum, licebit nihilominus eum baptizare, si alioqui credatur absque Baptismo moriturus. Probatur, quia id non est directe occidere, sed indirectè, permittendo scilicet vitæ detrimentum, quod aliqua ratione proveniet ex actione bona, nempe ex Baptismo; rectè autem potest quis exponere vitam manifesto vitæ discrimini, propter maximum bonum spirituale. Cum ergo ex Baptismo pendeat in prædicto casu salus æterna infantis, licetè permitti potest vitæ temporalis detrimentum. Confirmatur, quia licetè potest Parochus audire confessionem hominis, qui alioqui morietur in statu peccati mortalis, licetè sciat inde sibi mortem proventuram, ut bene Navarra lib. 2. de resit. cap. 3. part. 1. diff. 3. ergo licebit etiam ne puer in originali decedat, baptizare illum, quamvis propterea sit moriturus, ipse enim infans si foret sui compos, deberet ita velle, ac proinde nulla ei irrogatur injuria. Et hæc omnia docet Granadus de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. diff. 4. n. 6. & 7. & ante illum Zambranus de Sacram. Baptismi, cap. 1. dub. 2. n. 11. & Moscosus in summa tract. 2. cap. 1. num. 5. in fine. [Si por defundat un niño para bautizarle en el cuerpo, o por echarle agua en la cabeça peligrasse su salud, o vida, no se ha de dexar de bautizar, por que esta muy puesto en razon, que se posponga su salud, y vida temporal en peligro por alcanzar la eterna.] Ita ille. Vide etiam circa præsentem quaestionem de Sacram. in 3. part. quest. 66. art. 8. dub. 1. n. 84. Ex his sequitur baptizantem in nostro casu non esse irregularem. Ita Zambranus ubi supra n. 76. & alij.

Quamvis non plene sup. hoc, sed an teneatur, lege supra ex Ref. 8. doctrinam ejus § 1. & 2. & alterius Ref. ejus primæ not.

Sup. hoc in Ref. not. prioræ hujus Ref. in eodem §. etiam cursum in fine.

RESOL. LXIX.

An si Tyrannus velit infantem occidere, vel si dum agit animam, alio modo non potest baptizari, liceat eum in puteum, vel flumen projicere; & an ita sit baptizatus?
Et an hoc idem dicendum sit de adulto Catechumeno? Ex p. 5. tit. 3. Ref. 14.

Sup. hac validitate Baptismi in Ref. seq. in ejus primis lin. & in aliis vers. dictæ Ref. & pro peccato à lin. 6. præ citatæ Ref.

§. 1. **T**Alem non esse baptizatum docet Cabrera de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 7. n. 17. Ledesma, Henriquez, Sylvester, & Sotus penes Villalobos, in sum. rom. 1. tract. 5. diff. 4. n. 7. Sed ipse meritò affirmativam sententiam tenet, cui adde Ochagaviam de Sacram. tr. 1. de Baptismo. q. 6. n. 2. & Joannem Præpositum in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 1. n. 81. ubi citat Suarez, Valquez, Gabrielem, & Victoriam. Idem etiam docet Ludovicus de San Juan q. 1. art. 3. de Sacram. Baptism. dub. 1. Gamachaus in sum. Theol. tom. 3. in 3. p. q. 66. cap. 2. Layman lib. 5. tract. 2. c. 3. n. 5. Meratius in 3. part. rom. 3. tract. de Sacram. Baptism. disp. 2. sect. 3. & ratio est, quia in hoc casu non deest forma, ut supponitur ab omnibus, nec deest materia, nec sufficiens intentio Ministri ad Baptismum conferendum; ergo. Secunda pars antecedentis probatur. Materia hujus Sacramenti est ablutio, quæ, ut

ostensum est, potest inveniri sine emersione, & absque eo, quod pars, quæ dicitur abluí, detergatur aqua; ergo ex parte materie in eo casu nihil deest. Unde ex his contra Scotum in 4. distict. 5. q. 3. Paludanum distict. 6. q. 1. art. 3. Marfilium q. 4. art. 4. Sotum distict. 3. quest. unic. art. 8. & Sylvestrum ver. Baptismus. q. 1. c. sequitur quoddam ad valorem Baptismi, qui submersione fit, non sit necessaria emersio ipsi submersioni succedens, ut tradunt Rosella ver. Baptismus 4. n. 1. Suarez in 3. part. rom. 3. disp. 2. c. sect. 3. Valquez disp. 1. 45. cap. 3. Coninch. de Sacram. q. 6. art. 7. dub. 1. & alij, quia submersio corporis, quamvis ei non succedat emersio, seu extractio illius est vera ablutio, quia tunc aqua ita movetur supra superficiem corporis, dum eam intrat, ut si sordidum esset verè illud emundaret, ergo sufficiens est ad valorem Baptismi.

2. Sed difficultas est in casu, de quo loquimur, an licetè dicitur infans in puteum, vel in flumen projiciatur; & affirmativam sententiam docet Ochagavia de Sacram. tract. un. de Baptism. q. 7. n. 2. ubi sic asserit: Cum puer baptizandus jam animam agit, & non est alia via illum baptizandi, nisi is in puteum suffocandus projiciatur; tunc licetè potest in puteum projici cum intentione eum baptizandi. Ita communiter Doctores, & præsertim infirmat Valquez rom. 2. in 3. part. disp. 1. 45. cap. 3. & probatur ratione, quia in moralibus parum pro nihilo reputatur; ergo illa parva, & penè insensibilis mortis acceleratio nihil pendenda est in isto casu, & idem credo propter eandem rationem posse contingere in adulto catechumeno, quia ei difficilis est per contritionem justificatio, & medio Baptismo facilis. Ita Ochagavia. Sed adversus illum insurgit Hurtadus de Sacram. Baptismi disp. 1. diff. 2. Gamachaus in sum. Theol. tract. 3. in 3. part. D. Thom. q. 66. c. 2. Layman lib. 5. tract. 2. c. 4. n. 5. Meratius rom. 3. de Sacram. Baptismi, disp. 2. sect. 4. & Præpositus in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 1. n. 82. sic asserens. Petes an liceat puerum animam agentem aliàs sine Baptismo moriturum projicere in flumen, ut baptizetur, & salvetur? Respondetur non licere, ut communiter Doctores. Ratio est, quod nulli liceat privata autoritate quempiam occidere citra sui defensionem, etiam si alteri commodum aliquod accidat, cum non liceat facere mala, ut eveniant bona: si tamen aqua non posset aliter haberi, posset puer per funem, vel canistrum in aquam demitti, & forma prolata extrahi. Hæc Joannes Præpositus.

Sup. hoc late in Ref. seq. à lin. 6.

RESOL. LXX.

An si aliquis baptizaret infantem moriturum projiciendo eum in flumen, vel puteum, quando aliter baptizari non possit, peccaret mortaliter peccato homicidii, & irregularitatem incurreret?
Et supponitur talem Baptismum esse validum.
Et quaritur, an saltem liceat tibi Baptismum proxime morituro ministrare, ex cuius administratione cognoscis mortem accelerandam esse?
Et an sic baptizans maneat irregulæ?
Et notatur non valere Baptismum, si quis videat puerum ab alio projici in flumine, vel puteo, & proferat verba forme.
Sed quid est dicendum, si puer è manibus baptizantis fortè elapsus esset, & tunc ipse baptizans verba forme proferret?
Et an valeat Baptismus, si quis aqua defluenti è

recto

est submittit puerum ablundum, & verba baptismi profert?

Et an mulier, que damnatur ad mortem, & est periculosa, ne ex aliquo morbo una cum prole moriatur, possit, servato juris ordine, prius secari, si spes est, ut factus ita baptizari valeat? Ex part. 1. o. c. 20. & Misc. 6. Ref. 2. 1. aliis 20.

Sup. hoc approposito in Res. practica, a prim. c. 20.

Sup. hoc peccato ibi dicitur.

§. 1. Suppono tale Baptismum esse validum, ita Amicus, in *Cur. Theol.* tom. 7. disp. 1. 1. vol. 2. n. 28. & alij. Difficultas est, an si puer statim sit moriturus, ita ut acceleratio mortis non sit notabilis, si aliquis ministraret tale Baptismum, incurreret irregularitatem, & peccaret mortaliter, & affirmativè videtur respondendum; unde Castrus Palaus, tom. 4. tract. 19. punct. 4. n. 12. sic ait: Omnino certum est, hanc Baptismi ministrationem proiciendo baptizandum in flumen, vel puteum esse illicitam, & grave peccatum homicidij, tamen si alia via infanti ministrari Baptismus non possit, & timeatur statim moriturus; quia ea immeritò æquè per se, & directè tendit ad occisionem, ac ad infantis ablutioem, imò potius ad ablutioem per accidens dirigitur ex sola intentione mergentis, ad occisionem autem, per se, & directè. Unde hic casus est longè diversus ab eo, qui oppugnans Civitatem Bellicum tormentum projicit, quo cognoscit ibi astantem innocentem esse occidendum, & ab eo, qui fugiens mortem sibi imminentem puerum in via positum pedibus equi conculcat, & à muliere prægnante, quæ potionem sumit, ex qua prævidet infantem in utero moriturum: quia mors ex his eventibus contingens contingit per accidens, cum per accidens sit, eo loci esse innocentem, quo bellicum tormentum projicit, & qua mortem tibi ab inimico imminentem fugis. Neque enim ex bellici tormenti projectione, neque ex fuga, neque ex sumptione potionis ad salutem convenientis mors alicujus per se infertur, sed solum per accidens. Scelus est ex immersione infantis in flumen, vel puteum, ex hac enim per se directè, & necessariò mors infantis succedit. Non igitur esse potest licita. Ita Palaus, & magis individualiter Galpar Hurtadus de *Sacram. Baptism. disput. 1. difficult. 5.* sic asserens: Observandum tamen est, ut optimè Vasquez, & Agidius, Baptismum factum projectione, seu submersione baptizandi in puteum, aut in flumen, in quo moriturus est, quamvis validum, esse illicitum, quamvis baptizandus nequeat aliter baptizari, & si eo modo non baptizetur, sit absque baptismo moriturus; quia projectio hæc per se, & seclusis circumstantiis, est directè occisio innocentis, imò inhumana, quæ adhuc ob salutem illius nequit à malitia excusari (quod ob rationem dictam contra Ochagaviam *quest. 7.* verum existimamus, quamvis baptizandus jam animam agat) ac proinde baptizans in casu dicto erit irregularis. Ita ille: cui adde Averfam de *Sacramento Baptism. quest. 66. sect. 4.* qui etiam nominatim Ochagaviam impugnat. Vide etiam *Dicastillum de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 1. dub. 3. num. 66.* & *Basileum in flor. Theol. ver. Baptism. 2. n. 7.*

2. Sed contra Hurtadum, & Averfam in favorem sententiæ Ochagaviz, assero illam etiam tenere Sotum, in *4. sent. dist. 3. quest. unica art. 7.* Serram in *3. part. D. Thom. quest. 66. art. 7.* & Mercerum de *Sacram. quest. 66. art. prime quest. 3.* ubi sic ait. Notandum tamen est nullo modo ita esse baptizandum, ut scilicet Baptismus

mortem corporalem causet, vel notabiliter acceleret; quia sic baptizando committitur homicidium, & incurritur irregularitas; non sunt autem facienda mala, ut evaniant bona. Addit tamen Sotus non censeri homicidium, quando minima esset mortis acceleratio per talem immersionem, propter certò imminentem mortem, quia minimum reputatur pro nihilo. Ita ille: & tandem novissimè invenio, hanc sententiam docuisse sapientissimum Lessium in *3. part. D. Thom. quest. 66. art. 7. dub. 3. num. 33. & 34.* ubi hæc asserit: Hinc omnino consequi videtur, verè fuisse baptizatum infantem illum, de quo narrat Panormitanus, in *cap. non ut apponeres, de Baptismo, & eius effectù*, qui instante morte cum portaretur ad Baptismum, aqua haberi non posset in via, projectus est in puteum, adhibita legitima verborum forma. Ita enim sentit Panormitanus *ibidem*, & Gabriel *suprà*, & Summa Rosella *verb. Baptismus 4. num. 1.* quamvis plerique alij in contraria sint sententia. Probat, in priori casu infans est verè baptizatus; cur non etiam in hoc? Utrobique enim aquis mergitur, sed non emergitur: utrobique mors sequitur: utrobique adest legitima necessaria forma, & intentio ministri. Nec refert, quod minister non immergat illum immediatè, sed ex loco remoto projiciat: quia si fune eum dimitteret in calatho, esset verè baptizatus, etiam illorum iudicio: item si eminus eum aqua perfunderet. Neque etiam requiritur intentio elevandi ex aqua, nam in sola mersione, seu contactu aquæ perficitur ablutio. Denique non refert, quod ex tali projectione mors sequatur, & Baptismus ordinetur ad salutem infantis. Nam etiamsi fontem baptismalem veneno inficeret, vel aqua fervente ad occidendum infantem uteretur; nihilominus si verè intendas baptizare, erit ratus Baptismus: nam ablutio antecedit mortem. Avertere tamen contrahi peccatum homicidij, si infans futurus erat superstes. Quod si mors omnino instabat, & aliter baptizari non poterat, non videtur homicidij crimen. Hucusque Lessius.

3. Sed ut verum fatear, difficilis hæc opinio mihi videtur, nam ut rectè observat Joannes Wiggers in *3. part. D. Thom. quest. 66. art. 8. num. 43.* Id in praxi minimè tutum esset, quia incertum est de periculo tam instantis mortis. Deinde difficile esset apud Indicem hoc probare; & quamvis probaretur, forsitan nec sic satisfaceret. Non audeo tamen sententiam adductam Lessij, & aliorum tanquam improbabilem damnare; Sed quaero, an saltem tibi liceat Baptismum infanti proximè morituro ministrare, ex cuius ministratione cognoscis mortem accelerandam esse? Respondeo primò cum Doctoribus statim referendis, calum moraliter esse impossibile: nam cum Baptismus minima aquæ tepesactæ effusione confici possit, vix credi potest, ex eà mortem accelerandam esse. Sed gratis admisso accelerari, respondeo Baptismum administrandum esse. Tum quia non per se, sed per accidens ex illa actione mors succedit, cum per accidens sit prædicta Baptismi administrationi baptizandum in ea esse dispositione, ut actio ita humana, & temperata illi nocere possit. Tum quia nocuumentum illud ita leve contemnendum est, ne baptizandus in aeternum pereat. Et ita ex Vasquez, Coninch, & Layman, docet Castrus Palaus *tom. 4. tract. 19. punct. 4. num. 14.* quibus adde Hurtadum, & Averfam *ubi supra*, & Galpen

Sup. hoc supra lege doctrinam Ref. 68.

Caspensem in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 27. disput. 1. sect. 2. num. 16.* dicendum est itaque, quod quamvis baptizandus aded infirmus sit, ut exigua aqua asperionem, qua baptizetur, ferre non possit, absque periculo vite (quod moraliter accidere nequit) baptizandus est, ne moriatur absque Baptismo, quia acceleratio illa mortis hominis aliis morituri, cui ratione dicta asperionis exponitur, aded exigua, & insensibilis est, & fit modo ita humano, ut ob salutem eternam non sit contra rationem, ac proinde sic baptizans non manet irregularis quamvis re ipsa sequatur dicta acceleratio.

Sup. hoc irregularitate in fine Ref. not. praterit.

Sup. hoc supra lege doctrinam, Ref. 64. 65. & 66. & in tom. 3. tr. 7. ex Ref. 3. Vide §. Secundo possit.

4. Nota verò hic obiter, non valere Baptismum si quis videat, puerum ab alio projici, & proferat verba forme; neque enim ille puer potest dici baptizatus, seu ablutus ab eo, qui illa verba protulit. Ita Dicastrillus, *ubi supra*. Sed contrariam sententiam non minus probabilem existimat Leandrus *de Sacramento tom. 1. tract. 2. disputat. 2. quest. 30.* Primò, quia si puer è manibus baptizantis fortè elapsus esset, & tunc ipse baptizans proferret verba Baptismi, verè efficeret validum Baptismum: ergo & baptizans in nostro casu. Secundò, quia formaliter tunc verificarentur verba Baptismi, licet materialiter ab ipso baptizante non esset puer ablutus. Sed ego non recedo à sententia Dicastrilli: Puto tamen quod valeat Baptismus quando quis aquæ defluenti è tecto, submittit puerum abluendum, & verba Baptismi profert; quia in hoc casu, verè formaliter, & materialiter, infans denominatur ablutus à submittente, & proferente verba Baptismi; sicut denominatur à projiciente in flumen. Ita Leandrus, *ubi supra, quest. 30.* & ante illum Bonacina *de Sacramento disputat. 2. quest. 2. punct. 4. num. 25.* Nota verè hic obiter quod ex Coninch, & Suaeta verè docet amicissimus, & doctissimus Pater Antonius Escobar, & Mendoza in *Theol. mor. tract. 7. exam. 2. cap. 4. n. 13.* mulierem, quæ damnatur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo una cum prole moriatur, posse servato juris ordine prius secari, si spes sit, ut foetus baptizari valeat.

Sup. hoc ultimo notato magis late infra in Ref. 73 & 74.

part. 9. 66. art. 8. dub. 3. num. 91. quòd si actio ministri possit ad ipsum puerum, etiam in utero matris existentem, pervenire, nihil obstaret, quominus possit baptizari; ut si fistula possit pertinere ad ipsum infantis corpusculum, vel si propter apertam matris cicatricem aspersio aquæ possit ad illum pertinere. Probatur, infans in eo statu est homo distinctus à matre, & sufficienter natus ex nihilo, contraxitque peccatum originale; igitur si in eo statu aqua possit ad eum pertinere; baptizari potest. Unde sequitur, quòd in necessitate possit hoc modo baptizari, quando scilicet non affulget spes, quòd proles possit viva educi ex utero, & juxta modum à nobis positum possit illi succurri. Ita Præpositus. Vide etiam Marchantium in *respl. Pastoral. de Sacram. tr. 2. c. 1. q. 2. cas. 4.* ubi testatur aliquos Theologos hanc sententiam docere.

3. Non desinam tamen hic adnotare eundem Præpositum docere, quòd licet mater viva excindi non possit, ut proles baptizetur, quia non licet directè aliquem occidere, ut etiam bono spirituali ejusdem, & prævidetur sequitur, possit tamen baptizari eo modo, quo diximus, si aqua ad eum pertinere valeat, etiam si mors matris inde sequatur, & prævidetur sequitur, quia in nostro casu actio ministri non respicit interitum matris pro suo termino, sed in executione habet alium terminum, scilicet abluionem prolis, quæ in ratione abluionis materialis, est quid indifferens: in ratione verò caremonie sacramentalis est honesta, & subsequens mors matris solum est permessa, atque aded non imputatur ad peccatum; imò mater eo casu tenetur permittere, ut proles baptizetur, nam si cum certo vite corporalis periculo tenetur succurrere salutì proximi, quando moraliter certum est nos posse succurrere, & certum est cum aliis peritutum, eadem ratione tenemur in similibus circumstantiis permittere, ut cum aperto nostro vite periculo alius succurrat; quamdiu tamen ex una parte non apparet morale periculum, quòd proles non poterit nasci viva ex utero, & ex altera parte moralis spes, quòd efficaciter poterit ei succurri in utero, Baptismum re ipsa conferendo, mater non tenetur sese aperto vite discrimini exponere, & proinde rarò tenetur exponere se isti periculo, cum rarò omnes illa circumstantiæ occurrant. Huc usque Præpositus.

Sup. hoc primo infra lege doctrinam, Ref. 73. signanter §. 1. & Ref. 74. & supra ex doctrina Ref. 49. §. Non desinam ad lin. 6. & in to. 7. tr. 4. ex Ref. 19. §. Imò, in fine, & in tom. 8. tr. 10. ex Ref. 3. §. Notandum est in fine, à verb. alioquin & mater gravid.

RESOL. LXXI.

An si pueri moriantur in utero matris, possint ibi baptizari?

Et quid, si mors matris inde sequatur, vel prævideatur sequutura?

Imò, an mater eo casu teneatur permittere, ut proles baptizetur? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 12.

Sup. hoc in §. 1. Ref. seq. & in to. 1. tr. 1. ex doctrina §. Primò, ut in articulo. Ref. 3.

Negativè videtur respondendum, ex Villalobos in *summ. tom. 1. tract. 5. diffcult. 4. num. 4.* ubi ita asserit. [Los niños, que estan en los vientres de sus madres no se pueden alli bautizar.] & ideo Ochagavia *de Sacramento tract. de Baptismo, quest. 4. num. 5.* Ita asserit. Puer dum est in utero matris, etiam si arte obstetricis cum aqua pertingat, nequit baptizari, quod expressè patet ex *cap. qui in matris, de consecr. dist. 4.* ubi dicitur, non posse renasci secundum Deum, qui non est natus secundum Adam. Hæc ille, & plures discipuli D. Thom. cum ipso in 3. *part. 9. 68. art. 11.*

2. Sed ego puto cum Joanne Præposito in 3.

RESOL. LXXII.

An puer existens in utero matris possit baptizari? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 43.

§. 1. Negat Bonacina *de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 6. n. 6.* & Comitulus in *resp. mor. lib. 1. q. 13. num. 2.* Alexander de Ales *p. 4. q. 8. membr. 7. art. 2. §. 1.* Richard. in 4. *disp. 6. art. 2. q. 1.* D. Anton. *part. 3. rit. 14. cap. 15. §. 1.* Sylvest. *ver. Baptismus 6. n. 3.* & alij. Nam, ut ait D. Thom. in 3. *p. 9. 68. art. 11. ex D. August. Epist. ad Dardanum,* nemo renascitur spiritualiter, nisi prius nascatur naturaliter. Sed Baptismus est quedam spiritualis regeneratio; ergo non debet aliquis baptizari, priusquam ex utero nascatur.

2. Sed ego puto, posse puerum in utero matris baptizari, si in aliqua sui parte aqua lavari possit. Ita contra Comitolum, qui mordicus contrariam sententiam tenet, sentiunt hi omnes, Zambran. in *suis decis. cas. conf. c. 1. dub. 3. n. 6.* Ledesma in 4. 9. 9.

Sup. hoc in punct. 6. n. 6. & Comitulus in resp. mor. lib. 1. q. 13. num. 2. Alexander de Ales p. 4. q. 8. membr. 7. art. 2. §. 1. Richard. in 4. disp. 6. art. 2. q. 1. D. Anton. part. 3. rit. 14. cap. 15. §. 1. Sylvest. ver. Baptismus 6. n. 3. & alij. Nam, ut ait D. Thom. in 3. p. 9. 68. art. 11. ex D. August. Epist. ad Dardanum, nemo renascitur spiritualiter, nisi prius nascatur naturaliter. Sed Baptismus est quedam spiritualis regeneratio; ergo non debet aliquis baptizari, priusquam ex utero nascatur.